

malem rationem & etiã actuum & peregrinationũ cum nõ semper ex diuersis alimentis diuersæ fiant ægritudines: neq; ex paribus pares: imo ex eodem regimine. In diuersis factis possunt fieri & de facto fiunt diuersæ ægritudines. in eadẽ. n. domo nutriti ut arguens dicit paria alimenta sunt & situs & aer & aqua: & tamen unus ægrotat alius non: alter moritur alter uero ad meliorem statum uitæ pducitur: & alter peregrinatur & alius nõ: sed religiosus efficitur. F. Non ne alimenta & exercitatio nõ pro ut quisq; uult assumit & facit. Astro. Profecto nõ de animi uoluntate usus alimentorum & exercitiorum semper eueniunt: Sed aliquando de complexione corporis uel forma insequente materiã, si quis. n. haberet ut non posset aliquo cibo conuenienter nutriri: non esset suæ potestatis ut tali nutriretur ut patet de eis quibus lac est uenenũ & caseus & uinum. exercitium similit non uenit semper de animi uoluntate quantum ad actum quia põt impediri actus. F. aliter ergo q̃ cõuenit uerba Hypocratis interpretantur. Astro. Sic certe quãtum ad causam adæquatam & p̃cipalem. cœlestes .n. causæ uariãt ægritudines nõ regimẽ: imo Hypocrates concederet stare aliquẽ malo uti regie absolute nec ægrotare: & alterum bono & ægrotare ut supradictum est. neq; alii causæ q̃ cœlo possunt hæc rectius & p̃cipalius attribui. non. n. uoluntas hæc uariãt: nisi uelit imperitorum mentibus in eis rebus: quas nesciunt illudere: causas assignando plebeas: neq; uoluntas ad peregrinãdum cogit nisi quatenus obiecta mouent sensus ut dictum est. uoluntas certe in uiatore inclinatur ad uolendũ id quod efficaciter appetitur ab appetitu sensitiuo: qui sequitur superiorum influxum: illeq; exigui temporis interuallo multum uariatur nedum in horoscopo: sed in multis aliis dignioribus obseruandis: quæ cum parua horoscopi uarietate multum uariantur: ita ut uariant actus & mores nascentium & cætera. conuenit autem ad omnia inuestigãda obseruare generis & loci & nobilitatis conditiones. F. In illis pono per possibile celerem partem: ita q; eadem pars horoscopi remaneat. Astro. Est impossibile: sed admissio p̃ possibili q; cõtinuet certa influẽtia & cætera oia paria: dico erũt in illis natis paria oia: quæ tu i nullis posse iueniri cõtẽdis: quæ nos et oia paria in nullorũ geminorũ ortu posse cõpleri uerissime arbitramur. F. Quæro